



Appendix ad Rituale Romanum

DE POENITENTA

1. Methodus admittendi hæreticos

AD PROFESSIONEM FIDEI SEU ABJURATIONEM.

In conversione hæreticorum primum diligenter investigandum est de validitate Baptismi in hæresi suscepti. Instituto igitur diligenti examine, si compertum fuerit aut nullum, aut nulliter collatum fuisse Baptismum, baptizandi erunt absolute. Si autem, investigatione peracta, adhuc probabile dubium de Baptismi validitate supersit, sub conditione iteratur. Demum si constiterit validum fuisse, recipiendi erunt tantummodo ad abjurationem seu professionem fidei.

Triplex igitur in conciliandis hæreticis distinguitur procedendi ratio:

1^o Si Baptismus absolute conferatur, nulla requiritur abjunctio nec absolutio, eo quod omnia abluit Sacramentum regenerationis.

2^o Si Baptismus sub conditione iterandus est, hoc ordine procedatur: primum recipitur abjunctio seu fidei professio, deinde administratur Baptismus conditionale, denique Confessio sacramentalis excipitur cum absolute conditionata.

В случае обращения еретика, во-первых, должно быть произведено исследование касательно действительности Крещения. Если выясняется, что Крещения не было вовсе, или же оно было недействительно, требуется провести Крещение как положено. Если же, после внимательного исследования, остается оправданное сомнение касательно действительности Крещения, требуется провести условное Крещение. В случае, если Крещение признано действительным, требуется только Отречение от ереси, или Исповедание Веры.

Таким образом, в соответствии с условиями, есть три метода приема конвертитов:

1^o Если Крещения не было вовсе или же оно признано недействительным, конвертит должен быть крещен как положено, без Отречения и отпущения, ибо Таинство Восстановления смывает все прегрешения.

2^o Если Крещение было сомнительным, требуется произвести следующие действия: во-первых, Отречение или Исповедание Веры, затем следует условное Крещение, после – Таинство Исповеди, сопровождаемое условным отпущением.



3^o Si denique Baptisma validum iudicatum fuerit, recipitur sola abjuratio seu fidei professio, quam absolutio a censuris sequitur. Si quando tamen eiusmodi neoconversus valde desideret, ut ritus in ejus Baptismo olim omissi hac occasione suppleantur, Sacerdos huic pio ejus voto morem gerere utique liberum habeat.

2. Sacerdos igitur, cui facultas abjuratiōnis recipiendæ comissa est, superpelliceo et stola violacei coloris indutus, sedet in cornu Epistolæ, si Sanctissimum Sacramentum in tabernaculo asservetur, sin minus, in medio Altaris, et coram illo genuflectit neoconversus, qui Evangelii codicem dextra manu tangens, emittit professionem fidei prælegit, ut conversus eamdem intellegere, et cum Sacerdote distinctis verbis enuntiare possit.

3. Professione fidei emissa, neoconversus genuflexus manet, Sacerdos vero, sedens ut prius, dicit Psalmum: Miserére, vel Psalmum: De profundis, ut infra:

Psalmus 50

Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea; * et a peccáto meo munda me.

3^o Если Крещение признано действительным, следует только Отречение или Исповедание Веры, а также освобождение от ограничений. Если имеется обоснованное желание, и церемония не имела место быть, священник имеет право обеспечить также проведение церемонии.

2. Таким образом, священник, производящий обряд Отречения от ереси, одетый в стихарь и столу фиолетового цвета, садится с правой стороны Алтаря, в случае если Пресвятые Дары присутствуют в дарохранильнице. Если же дарохранильница пуста, священник садится в центре Алтаря. Новообращенный преклоняет перед ним колени, полагая правую руку на Библию и произносит Исповедание Веры (в случае, если новообращенный не способен читать, священник читает слова за него, неспеша и ясно, дабы он мог понять и повторить слова).

3. По окончании Исповедания Веры, новообращенный остается коленопреклоненным; священник, сидя, произносит слова Псалма Miserére, или же Псалма De profundis, как написано ниже:

Псалом 50

Помилуй меня, Боже, по великой милости Твоей,

и по множеству щедрот Твоих изгладь беззакония мои.

Множественно омой меня от беззакония моего, и от греха моего очисти меня,



Quóniam iniquitátem meam ego cognósco: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta, et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam: * et exultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: * et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua: * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui: * et spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas: * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salutis meæ: * et exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísset sacrificium, dedíssem útique: * holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum, et humiliátum Deus non despícies.

ибо беззакония мои я сознаю, и грех мой всегда предо мною.

Тебе, Тебе единому согрешил я и лукавое пред очами Твоими сделал, так что Ты праведен в приговоре Твоем и чист в суде Твоем.

Вот, я в беззаконии зачат, и во грехе родила меня мать моя.

Вот, Ты возлюбил истину в сердце и внутрь меня явил мне мудрость [Твоею].

Окропи меня иссопом, и буду чист; омой меня, и буду белее снега.

Дай мне услышать радость и веселие, и возрадуются кости, Тобою сокрушенные.

Отврати лице Твое от грехов моих и изгладь все беззакония мои.

Сердце чистое сотвори во мне, Боже, и дух правый обнови внутри меня.

Не отвергни меня от лица Твоего и Духа Твоего Святого не отними от меня.

Возврати мне радость спасения Твоего и Духом владычественным утверди меня.

Научу беззаконных путям Твоим, и нечестивые к Тебе обратятся.

Избавь меня от кровей, Боже, Боже спасения моего, и язык мой восхвалит правду Твою.

Господи! отверзи уста мои, и уста мои возвестят хвалу Твою:

ибо жертвы Ты не желаешь, — я дал бы ее; к всесожжению не благоволишь.

Жертва Богу — дух сокрушенный; сердца сокрушенного и смиренного Ты не презришь, Боже.



Benigne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion: * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptátis sacrificium justítiæ, oblatiões, et holocáusta: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Glória Patri.

Vel
Psalmus 129

De profúndis clamávi ad te, Dómine: * Dómine, exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine, Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est: * et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus: * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, * speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia; * et copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israël, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Glória Patri.

4. Psalmo finite, Sacerdos surgit, et dicit:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster **secreto usque ad**
Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

Ŕ. Sed líbera nos a malo.

Облагодетельствуй, [Господи,] по благоволению Твоему Сион; воздвигни стены Иерусалима:

тогда благоугодны будут Тебе жертвы правды, возношение и всесожжение; тогда возложат на алтарь Твой тельцов.

Слава Отцу.

Или
Псалом 129

Из глубины взываю к Тебе, Господи. Господи! услышь голос мой.

Да будут уши Твои внимательны к голосу молений моих.

Если Ты, Господи, будешь замечать беззакония, — Господи! кто устоит?

Но у Тебя прощение, да благоговеют пред Тобою.

Надеюсь на Господа, надеется душа моя; на слово Его уповаю.

Душа моя ожидает Господа более, нежели стражи — утра, более, нежели стражи — утра. Да уповает Израиль на Господа,

ибо у Господа милость и многое у Него избавление,

и Он избавит Израиля от всех беззаконий его.

Слава Отцу.

4. По окончании Псалма, священник встает и произносит:

Господи, помилуй. Христе, Помилуй. Господи, помилуй.

Отче наш **далее тихим голосом**
Ÿ. И не введи нас во искушение.

Ŕ. Но избавь нас от лукавого.



Ÿ. Salvum (-am) fac servum tuum (ancillam tuam), Dómine.

Ŕ. Deus meus, sperántem in te.

Ÿ. Dómine, exáudi oratióem meam.

Ŕ. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus Vobíscum.

Ŕ. Et cum spírítu tuo.

Oremus.

Oratio.

Deus, cui próprium est miseréri semper, et párcere: súscipe deprecatióem nostram; ut hunc fámulum tuum, quem (hanc fámulam tuam, quam) excommunicatiónis senténtia constríngit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat. Per Christum Dóminum nostrum.

Ŕ. Amen

5. Deinde, Sacerdos sedet, et facie ad profitentem genuflexum versus, eum ab hæresi absolvit, dicens:

Auctoritáte Apostólica (vel Auctoritáte reverendíssimi Episcopi N.), qua fungor in hac parte, absólvo te a vinculo excommunicatiónis, quam (in dubio gravi vel etiam levi, num incurrerit, additur: forsan) incurrísti, et restítuo te sacrosanctis Ecclésiæ Sacraméntis, communióni et unitáti fidélium, in nómine Patris, et Fílii, + et Spírítus Sancti. Amen.

Tandem abjuranti aliquam pœnitentiam salutarem injungat, e. g. aliquas preces, visitare ecclesiam, aut quid simile.

6. In foro autem interiori,

Ÿ. Спаси раба Твоего (рабу Твою), Господи.

Ŕ. Боже мой, на Тебя уповаю.

Ÿ. Господи, услышь молитвы мои.

Ŕ. И вопль мой да взойдет к Тебе.

Ÿ. Господь с вами.

Ŕ. И со духом твоим.

Помолимся.

Молитва.

Боже, Чья природа есть милосердие и пощада, прими прошение наше дабы раб Твой сей, который (раба Твоя сия, которая) связан (-а) приговором отлучения, сладчайшим Твоим прощением мог быть (могла быть) помилован (-а). Через Христа, Господа нашего.

Ŕ. Аминь

5. Затем священник садится и, находясь лицом к приклонившему колено, произносит освобождение:

Властью Апостольской (или Властью преосвященнейшего Епископа N.), которую я осуществляю здесь, я освобождаю тебя от бремени отлучения, которое ты (в случае серьезного сомнения в том, что новообращенный навлек на себя отлучение, следует добавить: возможно) навлек, и допускаю тебя к Святым Таинствам Церкви, к обществу и единству верующих. Во имя Отца, и Сына, + и Духа Святого. Аминь.

Вместе с тем, на новообращенного налагается вспомогательная епитимья, такая как молитва, посещение церкви и т. д.

6. По своему внутреннему



Confessarius facultatem absolvendi ab hæresi habens, absolvat juxta formam communem, in absolutione sacramentali præscriptam.

суду, Исповедник, имеющий полномочие отпускать ересь, может сделать это согласно общепринятой форме, установленной предписанием sacramентального отпущения.

Formula brevior Professionis Fidei pro hæreticis seu schismaticis orientalibus

Ego N. N. firma fide teneo et profiteor omnia et singula, quæ continentur in symbolo Fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet:

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia sæcula; Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum verum de Deo vero; genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt: qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cœlis; et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas: et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum Gloria iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit: qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum, et vitam

Я N. N. непоколебимо верую и исповедую все истины и каждую из них, заключающиеся в символе веры, употребляемом святой Римской Церковью, а именно:

Верую во единого Бога Отца всемогущего, Творца неба и земли, всего видимого и невидимого. И во единого Господа Иисуса Христа, Сына Божия едиnorodного; рожденного от Отца прежде всех веков, Бога от Бога, Света от Света, Бога истинного от Бога истинного; рожденного, не сотворенного, единосущного Отцу, которым все создано; который ради нас людей и ради нашего спасения сошел с неба, и воплощен от Духа Святого из Марии Девы, и стал человеком; был распят на кресте за нас при Понтии Пилате, страдал и был погребен, и воскрес на третий день согласно Писанию, вознесся на небо и воссел одесную Отца; и оттуда придет во славе судить живых и мертвых, и царствию его не будет конца. И в Духа Святого, Господа, животворящего, от Отца и Сына исходящего, которому поклоняются одинаково с Отцом и Сыном и одинаково прославляют, который говорил через пророков. В единую, святую, католическую, апостольскую Церковь. Исповедую



venturi sæculi. Amen.

Credo Dominum Nostrum Iesum Christum Deum et hominem esse, perfectum Deum perfectumque hominem; divinitatem et humanitatem ineffabili et incomprehensibili unione in una persona Filii Dei, unum nobis Iesum Christum constituisse, eaque de causa Beatissimam Virginem immaculate conceptam vere esse Dei Genetricem; duas in ipso Christo esse inconfuse naturas, duasque naturales voluntates, et duas naturales operationes.

Credo septem esse vere et proprie Sacramenta Novæ Legis a Christo Domino Nostro instituta ad salutem humani generis, quamvis non omnia singulis necessaria, videlicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, et Matrimonium, illaque gratiam conferre, et ex his Baptismum, Confirmationem et Ordinem iterari non posse.

Credo in azymo sive fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici, ac sub altera tantum specie totum atque integrum Christum sumi.

Credo matrimonii vinculum indissolubile esse, et quamvis propter adulterium, hæresim, aut alias causas possit inter coniuges thori et cohabitationis separatio fieri, non tamen illis aliud matrimonium contrahere fas esse.

Credo, si vere pœnitentes in Dei caritate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas pœnis Purgatorii post mortem purgari, et, ut a pœnis huiusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia Missarum scilicet sacrificia, orationes et eleemosynas et alia pietatis

одно Крещение для отпущения грехов. Ожидаю воскресения мертвых и жизни будущего века. Аминь.

Верую, что Господь наш Иисус Христос есть Бог и человек, совершенный Бог и совершенный человек; что Божество и человечество, соединившись превосходящим всякое понятие, невыразимым образом в одном лице Сына Божия, дали нам единого Иисуса Христа; вследствие чего непорочно зачатая пресвятая Дева есть истинно Матерь Бога; что в Христе находятся две неслитные природы, две естественные воли и два естественных способа действий.

Верую в семь истинных, в действительном смысле Таинств Нового Завета, установленных Господом Христом для спасения рода человеческого, хотя не все из них необходимы каждому, а именно: Крещение, Миропомазание, Евхаристия, Покаяние, Елеосвящение, Священство и Брак, и что они изливают на нас благодать; из них Крещение, Миропомазание и Священство не могут быть повторяемы.

Верую, что пшеничный хлеб, пресный или с закваской, действительно может быть пресуществленным в Тело Христа, и что под каждым видом принимается весь Христос во всей Его полноте.

Верую, что брачный союз нерасторжим и, хотя после его заключения, вследствие прелюбодеяния, ереси или других причин, может быть допущено прекращение взаимного



officia, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt, secundum Ecclesiæ instituta; illorumque animas, qui post Baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ sunt purgatæ, in cælum mox recipi, et intueri clare Deum trinum et unum sicuti est, pro meritorum tamen diversitate, alium alio perfectius; illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas.

Credo Sanctam Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, et ipsum Pontificem successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum, et verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, et omnium Christianorum Patrem et Doctorem existere; et ipsi in Beato Petro pascendi, regendi, et gubernandi universalem Ecclesiam a Domino Nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse.

Cætera item omnia a Sacrosanctis Canonibus et Œcumenicis Conciliis, ac præcipue a Florentina, Tridentina, et Vaticana Synodo, tradita defenita ac declarata, præsertim de Romani Pontificis primatu et infallibili magisterio, indubitanter recipio atque profiteor; simulque contraria omnia et schismata et hæreses ab Ecclesia damnatas, ego quoque reiicio et damno. Hanc veram fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam sponte profiteor, et veraciter teneo, hanc ipsam omnino usque ad extremum vitæ meæ spiritum, Deo adiuvente, volo retinere et profiteri.

сожителства между супругами, однако им не разрешается вступить в другой брак.

Верую, что души людей, умирающих с истинным раскаянием и любовью к Богу, не раньше, чем принесут достойные плоды покаяния о своих грехах, после смерти очищаются наказаниями чистилища, и эти кары могут быть облегчены заступничеством верных на земле, то есть жертвой Святой Мессы, молитвами, милостынями и другими милосердными делами, которые обыкновенно приносят верные за других верных, согласно обычаям Церкви. Души же тех, которые по принятии Крещения совершенно избежали греховного пятна, и тех, которые, быв запятнаны грехами, очистились от них при жизни или после смерти, немедленно идут на небо, где созерцают Бога единого в трех лицах в его естестве, один совершеннее других, сообразно степени своих заслуг. Души тех, которые умирают под бременем смертельного греха, или хотя только первородного, немедленно идут в ад, где, однако, участь их неодинакова.

Свято верую, что Апостольский Престол и римский Первосвященник имеет первенство во всей вселенной и тот же первосвященник есть приемник святого Петра, князя Апостолов, истинный Наместник Христа, глава всей Церкви, Отец и Наставник всех христиан, которому в лице святого Петра наш Господь Иисус Христос дал полную власть пасти, править и управлять вселенскою Церковью.

Все остальное, что святые каноны и вселенские соборы, а преимущественно Флорентийский,



Sic ego N. N. (ponit dexteram supra Sanctum Evangelium) promitto et iuro. Sic me Deus adiuvet et hæc Sancta Dei Evangelia.

Тридентский и Ватиканский передали, определили и изъяснили, особенно же о главенстве римского Первосвященника и его непогрешимого учительства, без всяких колебаний принимаю и исповедую; одновременно все противные этому схизмы и ереси, осужденные Церковью, я также отвергаю и осуждаю.

Эту истинную веру, вне которой никто не может быть спасен, которую я добровольно и искренне исповедую, с Божией помощью, хочу признавать во всей полноте и исповедовать до самой последней минуты моей жизни.

Так я N. N. (новообращенный кладет правую руку на Евангелие) обещаю и клянусь. Да поможет мне так Бог и это святое Господне Евангелие.



Fontes

1. *Rituale Romanum; Editio typica, Typis officinae typographicae Catholicae, Katowice, 1927*
2. *Appendix ad Concilium Plenarium Americae Latinae, Romae celebratum, anno Domini MDCCCXCIX; Romae: Typis Vaticanis, 1901*
3. *Katechizm dla konwertytów według dziełka Ks. Dr. E. Huszara; Kraków, 1939*
4. *Библия. Книги Священного Писания Ветхого и Нового Завета; Российское Библейское Общество, Москва, 1996*



Index

Methodus admittendi hæreticos ad Professionem Fidei seu abjurationem.....	2
Formula brevior Professionis Fidei pro hæreticis seu schismaticis orientalibus.....	7
Fontes.....	11